



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

Qvaest. XLIX. De effectibus passionis Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

possunt per claus Ecclesie appellari aliis ad indulgentiam, & remissionem poenarum. At vero satisfactio pro alijs gens quoddam redemptionis est, quod quidem soluto pretio alter a poena liberatur. Ad quam obiectionem Caietan. multa dicit, nescio tamen an mentem D. Thom. satis explicant. Ego existimo D. Thom. prudenter egisse, id tunc attinendo, quod locus Pauli postulabat. Nam reuera literalis sensus illius loci est, quem D. Thomas significauit. Nam passionibus Christi vere, ac proprie nihil deest, nisi vt nobis earum fructus applicetur, & in hoc laborabat Paulus exemplo, & doctrina; & propter hoc passionibus sustinebat, vt etiam in superiori tomo disputat. 4. sect. 10. attigimus, & fauente Deo, latius in materia de satisfactione dicemus. An vero passionibus iustorum possint alijs prodesse ad satisfactionem, quia neque huius loci erat, neque breuiter explicari poterat, D. Thom. omnino ab ea questione abstinuit: & simpliciter negauit huiusmodi opera prodesse Ecclesie per modum redemptionis. Ita enim loquendum est absolute, & simpliciter, etiam si proinde per modum satisfactionis: vel quia licet vnus possit satisfacere pro alio: non tamen de cōdigno, sed tantū de congruo (vt multi volunt;) vel quod certius est, quia non ex perfecta iustitia, quam nomen redemptionis significat. Et hæc videtur esse magis propria ratio, quam alia, quas attigit Caietan. etsi illa non sint reiicienda; scilicet, quia satisfactio Christi, est simpliciter necessaria, alia tantum ex abundantia: illa liberat simpliciter ab omni culpa, & poena: hæc tantum a quadam poena temporali. Quibus etiam addi potest, alias satisfactiones non prodesse Ecclesie, nisi vt fundatas in Christo, ex cuius meritis, & virtute prouenit, vt inter membra eius esse possit satisfactiois communicatio. Denique propter has causas non dicitur homo redimere seipsum, quamuis possit pro se satisfacere, ergo multo minus poterit dici redimere alios, etiam si aliquo modo pro illis satisfaciat.

ARTICVLVS VI.

*Vtrum passio Christi operata sit nostram salutem per
modum efficientiæ.*

269

A Inf q. 49. ar. 1. Cor. Et op. 3 c 23.8. si est ad Ro 4. si. Et 1 Cori. 1. lect. 2. col 4.

D sextum sic proceditur. Videtur, quod passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientie. Causa enim efficiens nostre salutis est magnitudo diuine virtutis: secundum illud Isai. 59. Ecce non est abbreviata manus eius, vt salutare nō possit. Cuius autem crucifixus est ex infirmitate: vt dicitur. 2. ad Cor. 13. non ergo passio Christi inefficenter operata est nostram salutem.

2. Præterea. Nullum agens corporale efficienter agit nisi per
 contrarium, unde etiam & Christus tangendo mundum al-
 le-
 Mat. 26. in
 Me. & in o-
 pere im. ho-
 a. id in nu-
 tom. 2.

3. Præterea. Non videtur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientie: quia ille, qui meretur, expectat effectum ab alio. Sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. Non ergo per modum efficientie.

Sed contra est, quod dicitur 1. ad Cor. 1. quod verbum crucis, his qui salvi sunt, est virtus Dei. Sed viri us Dei efficienter operatur nostram salutem. Ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostram salutem.

q 13. ar. 2. &
3. q. 9. 43.
art. 2.

Respondeo dicendum. quod duplex est efficiens, principale,
& instrumentale. Efficiens quidem principale humana salu-
tis, est Deus. Quia verò humanitas Christi est diuinitatis in-
strumentum (vi supra dictum est) ideo ex consequenti omnes

A actiones & passionis Christi, instrumentaliter operantur in virtute divinitatis ad salutem humanam. Et secundum hoc passio Christi efficienter causat salutem humanam.

*Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi relata ad
Christi carnem, congruit infirmitati assumpta: relata verd
ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, se-
cundum illud 1. ad Corinth 1. Quia infirmum est Dei, for-
tius est hominib. quia scilicet ipsa infirmitas Christi, in qua-
rum est Dei, habet virtutem ex: edentem omnem virtutem hu-
manam.*

Ad secundum dicendum, quod passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spirituales virtutes ex diuinitate unita. Et ideo per spirituales contactum efficaciam sortitur, scilicet per fidem, & fidei sacramentum: secundum illud Apostoli. Quem proposuit Deus propitiorem per fidem in sanguine ipsius.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi secundum quod comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ: in quantum vero comparatur ad voluntatem in anime Christi, agit per modum meriti: secundum vero quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, in quantum per eam liberamur à reatu pœnæ: per modum vero redemptoris, in quantum per eam liberamur à seruitute culpæ: per modum autem sacrificij, in quantum per eam reconciliamur Deo, vt infra dicitur.

Doctrina D. Tho. in hoc ar. difficilis plane est, ni-
si benigne explicetur. In quo tam ad rem explican-
dam, quam ad exponendam sententiam D. Tho. pro
viribus laboratum est superiori to. disp. 31. sect. 7. Ne-
que hoc loco aliquid addendum occurrit.

QVÆSTIO XLIX.

De effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.



*Einde considerandum est de ipsis effectibus pas-
sionis Christi.*

Et circa hoc quærentur sex.

Primo, vtrum per passionem Christi si-
mus liberati a peccato. Secundo, vtrum per
eam simus liberati a potestate diaboli. Tertiò, vtrum per eam
simus liberati a reatu pene: Quarto, vtrum per eam simus
Deo reconciliati. Quinto, vtrum per eam sit nobis aperta
ianna cali. Sexto, vtrum per eam Christus adeptus sit exalta-
tione.

Cum passio Christi potissimum operetur per modum meriti, & satisfactionis, nihil aliud est querere effectus illius passionis, quam querere quid Christus sua passione meruerit, aut pro quibus personis, vel pro qua re satisfecerit. De quo in priori tomo fuse disputatum est, & ideo fere in tota hac quaest. nihil aliud praestabimus, quam designare loca, in quibus tractata vnaquarq; res est. Ordo vero huius, praecedentique quaest. videri potest quodammodo inuersus, quia prius oportebat inuestigare, quid causa posset operari, & deinde modum, quo potest operari. D. Tho. vero voluit prius explicare varios modos operandi passionis Christi, quod ad singulos effectus possunt omnes, vel plures eorum applicari, quod in art. 1. & alijs praestat, estq; ad eorum intelligentiam obseruandum.

ARTICVLVS I.

*Virum per passionem Christi simus liberati à pec-
cato.*



Primum sic proceditur. Videtur, quod per passionem Christi non simus liberati à peccato. Liberare enim à peccato, est proprium Dei: secundum illud Isai. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.

Christus autem non est passus secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Ergo per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

2. Præterea. Corporale non agit in spirituale. Sed passio Christi corporalis, peccatum autem non est nisi in anima, quæ est spiritualis creatura. Ergo passio Christi non potuit nos emundare à peccato.

3. Præterea. Nullus potest liberari à peccato, quod nondum commisit, sed quod in posterum est commissurus. Cum igitur multa peccata post Christi passionem sint commissa, & tota die committantur, videtur quod per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

4. Præterea. Posita causa sufficienti nihil aliud requiritur ad effectum inducendum. Requiritur autem adhuc alia ad remissionem peccatorum, scilicet baptisimus, & penitentia. Ergo videtur, quod passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum.

5. Præterea. Prouer. 10. dicitur, Vniuersa delicta operis charitas, & 15. dicitur, per misericordiam, & fidem purgantur peccata. Sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt prouocatiua charitatis, ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorum.

Sed contra est, quod dicitur Apoc. 1. Dilscit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Respondeo dicendum, quod passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primo quidem, per modum prouocantis ad charitatem: quia ut Apostolus dicit Rom. 5. Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundo: passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum per passionem, quam ex charitate, & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquam membra sua à peccatis: quasi per pretium suæ passionis. Sicut si homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceat, redimeret se à peccato quod pedibus commisset. Sicut enim naturale corpus est vnum ex membrorum diuersitate consistens, ita tota Ecclesia, quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi vna persona cum suo capite, quod est Christus. Tertio, per modum efficientie, in quantum caro secundum quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum diuinitatis: ex quo eius passionis, & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod licet Christus non sit passus secundum quod Deus, tamen caro eius est diuinitatis instrumentum. Et ex hoc passio eius habet quandam diuinam virtutem dimittendi peccata, ut dictum est.

In Cor. art.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi licet sit corporalis: sortitur tamen quandam spirituales virtutem ex diuinitate, cuius caro ei vnita est ut instrumentum. Secundum quam quidem virtutem, passio Christi est causa remissionis peccatorum.

Ad tertium dicendum, quod Christus sua passione nos à peccatis liberauit causaliter, id est, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possint quæcunque peccata quandoque remitti, vel præterita, vel presentia, vel futura. Sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicunque morbi sanari, etiam in futurum.

q. 46. art. 4.
& alij.

Ad quartum dicendum, quod quia passio Christi præcessit, ut causa quadam vniuersalis remissionis peccatorum (sicut dictum est) necesse est quod singulis adhibeatur ad deletionem propriorum peccatorum. Hoc autem fit per baptismum, & penitentiam, & alia sacramenta, quæ habent virtutem ex passione Christi, ut infra patebit.

q. 62. art. 5.

Ad quintum dicendum, quod etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum ipsius: secun-

dum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Fides autem per quam à peccato mundamur, non est fides informis: quæ potest esse etiam cuius peccato, sed est fides formata per charitatem, ut sic passio Christi nobis applicetur, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad effectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute passionis Christi.

De hoc art. videantur dicta superiori tom. disp. 4. sect. 3. & disp. 41. sect. 1.

ARTICVLVS II.

Virum per passionem Christi sumus liberati à potestate diaboli.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli. Ille enim non habet potestatem super aliquibus in quibus nihil sine permissione alterius facere potest. Sed diabolus nunquā potuit aliquid in nocuentū hominum facere, nisi ex permissione diuina: sicut patet Job. 1. & 2. quod potestas diuinitus à creatura, eum primo in rebus, & post in corpore laesit. Et similiter Matth. 8. dicitur, quod demones nisi Christo concedente, non potuerunt in porcos intrare. Ergo diabolus nunquam habuit in hominibus potestatem. Et ita per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli.

2. Præterea. Diabolus potestatem suam in homines exercet tentando, & corporaliter vexando. Sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi passionem. Ergo non sumus per passionem Christi ab eius potestate liberati.

Præterea. Virtus passionis Christi in perpetuum durat (secundum illud Hebr. 10. Vna oblatione consummavit sanctificationem in sempiternum) simpliciter etiam vbique extenditur. Sed liberatio à potestate diaboli, nec est vbique (quia in multis partibus mundi adhuc sunt idololatra) nec etiam erit semper: quia tempore Antichristi maxime suam potestatem exercebit diabolus in hominum nocuentum: de quo dicitur 2. ad Thes. 2. quod eius aduentus erit secundum operationem Satane in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Ergo videtur, quod passio Christi non sit causa liberationis humani generis à potestate diaboli.

Sed contra est, quod Dominus dicit Ioan. 12. imminere passionem: Nunc princeps huius mundi eicitur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Est autem exaltatus à terra per crucis passionem. Ergo per eam diabolus est à potestate hominum eiectus.

Respondeo dicendum, quod circa potestatem, quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria sunt consideranda. Primum quidem ex parte hominis, qui suo peccato meruit, ut in potestatem traderetur diaboli, per cuius temptationem fuerat superatus. Aliud autem est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertium est ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem à consecutione salutis impediabat. Quantum ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi, in quantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum, dicendum, quod passio Christi nos à potestate diaboli liberauit, in quantum nos Deo reconciliauit ut infra dicitur. Quantum vero ad tertium, passio Christi nos à diabolo liberauit, in quantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi tradite à Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cum esset absque peccato. Vnde Aug. dicit in 13. de Trin. Iustitia Christi

271:
2 d. 19. art. 2.
3 d. 19. art. 2.
2 d. 19. art. 2.
29 d. 7. ad 2.
Etop. 50. c. 1.
co. 8. & He.
2. le. 4. c. 1.

ut 3. huius q.

1. 13. c. 14. non
longe à fin.
Victus
tom. 3.

Plus est d'abolus, quia cum in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum tamen: & vii. iustum est, ut debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine ulla debito occidit.

Ad primum ergo dicendum, quod non dicitur sic diabolus in homines potestatem habuisse, quasi posset eis nocere, Deo non permittente. Sed quia iuste permittebatur nocere hominibus, quos tentando ad suum consensum perducerat.

Ad secundum dicendum, quod diabolus etiam nunc potest quidem Deo permittente homines tentare, quantum ad animam, & vexare quantum ad corpus. Sed tamen preparatum est homini remedium ex passione Christi, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis eterne. Et quicunque, ante passionem Christi diabolo resistebat per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quantum autem ad aliquid nullus poterat diaboli manus euadere, ut scilicet, non descenderet in infernum à quo post passionem Christi, se possunt homines eius virtute tueri.

Ad tertium dicendum, quod Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus, & locis, secundum occultam rationem iudiciorum suorum. Semper tamen per passionem Christi est paratum hominibus remedium seuendi contra nequitias demonum, etiam tempore Antichristi. Sed si aliqui hoc remedio uti negligant, nil deperit efficacia passionis Christi.

COMMENTARIUS.

Eadem sunt loca consulenda, quia res eadem est alijs verbis explicata, quia non aliter liberauit nos Christus à potestate diaboli, quam liberando nos à peccato. Quod fecit aut merendo nobis remissionem peccati iam contracti, vel commissi, vel merendo nobis auxilium ne in peccata labamur, & quod demonis tentationes vincere possimus: vel certe suis meritis obtinendo, ne demon nos tam acriter infestari, & tentare permittatur. Quæ in prædictis locis tractata, & explicata sunt omnia. Circa id verò, quod D. Thom. ait, demonem in passione excessisse modum potestatis sibi traditæ à Deo, dubitat Caiet. quia demon non potuit facere, nisi quod Deus illi permisit. Sed responsio est facilis, D. Thom. non loqui de absoluta permissione Dei, sed de potestate illa, quæ data est demoni ut tortori ad vindicandam in homine iniuriam diuinam, quam in se vel in suo pariete commiserat. Quam potestatem excessit, quando Christum aggressus est, qui immunis erat à peccato.

ARTICVLVS III.

Utrum per passionem Christi homines sint liberati à pena peccati.

272.
Inf. q. 32. art. 5. co. & q. 86.
ar. 4. ad 3. Et
3. di. 19. ar. 3.
& ver. q. 29.
ar. 7. ad 9.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod per passionem Christi, non sint homines liberati à pena peccati. Præcipua enim pena peccati est eterna damnatio. Sed illi qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi Passionem liberati: quia in inferno nulla est redemptio. Ergo videtur quod passio Christi non liberavit homines à pena peccati.

2. Præterea. Illi, qui sunt liberati à reatu penæ, non est aliqua pena iniungenda. Sed penitentibus iniungitur pena satisfactoria. Non ergo per passionem Christi sunt homines liberati à reatu penæ.

3. Præterea. Mors est pena peccati: secundum illud Rom. 6. Stipendium peccati mors. Sed adhuc post passionem Christi homines moriuntur, ergo per passionem Christi non sunt homines liberati à reatu penæ.

Sed contra est, quod dicitur Isai. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

Respondeo dicendum, quod per passionem Christi liberati sumus à reatu penæ dupliciter. Vno modo directe, in quantum scilicet passio Christi fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibet autem satisfactione sufficiens, tollitur reatus penæ. Alio modo indirecte, in quantum scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus penæ.

Ad primum ergo dicendum, quod passio Christi sortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per se, nempe charitatem, & per fidei Sacramenta. Et ideo damnati in inferno, qui prædicto modo passione Christi non coniunguntur, effectum eius percipere non possunt.

ar. 1. huius q.
in cor. 5.
ad 4.

Ad secundum dicendum, quod (sicut supra dictum est) ad hoc quod consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in baptismo sacramentaliter: secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. Vnde baptizati nulla pena satisfactoria imponitur: quia sunt totaliter liberati per satisfactionem Christi. Quia verò Christus semel tantum pro peccatis nostris mortuus est (ut dicitur 1. Petri 3.) ideo non potest homo secundario configurari morti Christi per sacramentum baptismi. Vnde oportet, quod illi qui post baptismum peccant, configurantur Christo patienti, per aliquid penalitatis vel passionis, quam in seipsis sustineant: quæ tamen multo minor sufficit, quam esset condigna peccato, cooperante satisfactione Christi.

ar. 1. huius q.

Ad tertium dicendum, quod satisfactio Christi habet effectum in nobis, in quantum incorporamur ei, ut membra suo capiti: sicut supra dictum est. Membra autem oportet capiti conformari. Et ideo, sicut Christus primo quidem habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriam immortalitatis peruenit, ita & nos, qui sumus membra eius, per passionem ipsius liberamur quidem à reatu cuiuslibet penæ: ita tamen, quod primo recipimus in anima spiritum adoptionis filiorum, quo asseribimur ad hereditatē gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile, & mortale habentes. Postmodum vero configurati passionibus, & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur: secundum illud Apostoli Rom. 8. Si filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & glorificemur.

Videantur loca prædicta, & pro materia de satisfactione notetur solutio ad 2. quam merito Caietan. obseruauit.

ARTICVLVS IV.

Utrum per passionem Christi simus Deo reconciliati.



Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod per passionem Christi non simus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos. Sed Deus semper dilexit nos: secundum illud Sapient. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Ergo passio Christi non reconciliavit nos Deo.

272.
Sup. q. 49. ar. 4. cor. 5. 3. d.
19. ar. 5. q. 2. &
op. 60. c. 1. &
col. 8.

2. Præterea. Non potest idem esse principium & effectus: unde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito. Sed dilectio Dei est principium passionis Christi: secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Non ergo videtur, quod per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita quod de nouo nos amare inciperet.

3. Præterea. Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc graniter Deum offenderunt. Ergo passio Christi est magis causa indignationis, quam reconciliationis Dei.

Sed

Sed contra est, quod Apostolus dicit Rom. 6. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

Respondeo dicendum, quod passio Christi est causa reconciliationis nostre ad Deum dupliciter. Vno modo, in quantum remouit peccatum per quod homines constituuntur inimici Dei: secundum illud Sapient. 14. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius: & in Psal. 6. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo in quantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc proprium sacrificij effectus, ut per ipsum placetur Deus. Sicut cum homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptum, quod ei exhibetur. Vnde dicitur 1. Regum 26. Si Dominus incitat re aduersum me, adoretur sacrificium. Et similiter tantum bonum fuit, quod Christus voluntarie passus est, quod propter hoc bonum in natura humana inuentum, Deus placatus est super omni offensa generis humani, quantum ad eos, qui Christo passo coniunguntur, secundum modum premissum.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quam ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpam, quam contra eum homines committunt: secundum illud Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse, quod de nouo nos amare inciperet: cum scriptum sit Ierem. 31. In charitate perpetua dilexite. Sed quia per passionem Christi sublata est odij causa, tum per ablationem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris boni.

Ad tertium dicendum, quod sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus. Maior autem fuit charitas Christi patientis, quam iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis valuit ad reconciliandum Deum toti humano generi, quam ad prouocandum ad iram.

COMMENTARIUS.

Materia huius articuli in eisdem locis disputata est. Est enim eadē, quæ præcedentium diuersis vocibus, & respectibus. Solum est solutio ad 2. adnotanda. Non enim videtur directe respondere argumento. Nam argumentum procedebat de dilectione Dei, hoc modo. Quia reconciliare nos Deo videtur idem esse quod promereri nobis amorem diuinum, cuius peccando facti eramus indigni: sed Christi passio non potuit promereri nobis Dei dilectionem, quia potius supponit Dei dilectionem erga nos, & ab illa processit. Quod argumentum non minus in dilectione æterna procedit, quam si ex tempore in Deo inciperet. D. Thom. autem in solutione solum respondet, Christum per passionem suam non meruisse, ut Deus ex tempore nos diligere inciperet, quod est euidentius: quia id repugnat Deo, cum includat mutationem. Meruit ergo ut ille amor Dei in tempore inciperet habere in nobis effectum, & quantum in se est, abstulit impedimentum illius amoris, offerendo condignam satisfactionem pro peccatis nostris. Sed quamquam verum sit, non videtur omnino satisfactum propriæ difficultati. Ideo addendum est, quamuis dilectio Dei secundum se sit vna, & simplex: per comparisonem tamen ad diuersa obiecta ratione distingui, & secundum quandam rationem posse esse principium, secundum aliam verò terminum meriti. Ut in presenti, illa dilectio generalis Dei circa genus humanum, qua voluit illi dare Christum in redemptorem, non cadit sub meritis Christi, sed est principium eorum, ac illa, qua propter merita Christi iam exhibita, vel præiusta homines sanctificat, & sibi reconciliat, potest optimè cadere sub meritis Christi, siue promerendo nobis effectum dilectionis, siue ipsammet dilectionem, vel electionem Dei, ut ad nos liberè

Dilectio Dei
sive electio
cadere sub
Christi me-
rito quomo-
do potuit.

terminatam. Vtrumque enim verum est, quidquid aliqui hoc loco contendunt. De qua re plura non dicam, quia fuisse illam disputatam priori tomo, disp. 41. sect. 4.

ARTICVLVS V.

Vtrum Christus sua passione aperuerit nobis ianuam cali.



Quintū sic proceditur. Videtur, quod Christus sua passione non aperuit nobis ianuam cali. Dicitur enim Prou. 11. Seminanti iustitiam, merces fidelis. Sed merces iustitie est introitus regni celestis. Ergo videtur, quod sancti Patres qui operati sunt opera iustitie, fide consecuti essent introitum regni celestis, etiam absque Christi passione. Non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni celestis.

2. Præterea. Ante passionem Christi Helias raptus est in celum: ut dicitur 4. Regum. 2. Sed effectus non præcedit causam. Ergo videtur, quod apertio ianuæ celestis non sit effectus passionis Christi.

3. Præterea. Sicut legitur Mat. 3. Christo baptizato aperti sunt ei cali. Sed baptismus præcedit passionem. Ergo apertio cali non est effectus passionis Christi.

4. Præterea. Mich. 2. dicitur. Ascendit pandens iter ante eos. Sed nihil aliud videtur esse pandere iter cali, quam eius ianuam aperire. Ergo videtur, quod ianuæ cali sit nobis aperta, non per passionem Christi, sed per Ascensionem eius.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Hebr. eo. 10. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum, scilicet celestium, in sanguine Christi.

Respondeo dicendum, quod clausio ianuæ est obiaculum quoddam prohibens ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni celestis propter peccatum, quia sicut dicitur Isai. 35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatus impedies ab ingressu regni celestis. Vnus quidem communis totius humane nature, quod est peccatum primi parentis, & per hoc peccatum præcludebatur homini aditus regni celestis. Vnde legitur Gen. 3. quod post peccatum primi parentis, collocauit Deus cherubim, & flammeum gladium, atque verisilem, ad custodiendam viam ligni vite. Aliud autem est peccatum speciale vniuscuiusque persone, quod per proprium actum committitur vniuscuiusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solum à peccato communi totius humane nature, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ, ipso soluente pretium pro nobis, sed etiam à peccatis propriis singulorum, qui communiuntur eius passioni per fidem, & charitatem, & fidei sacramenta. Et ideo per passionem Christi aperta est nobis ianuæ regni celestis. Et hoc est quod Apostolus dicit Hebr. 9. quod Christus assistens Pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Num. 35. ubi dicitur, quod homicida manebit ibi, scilicet in ciuitate refugij, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur, quo mortuo poterit in domum suam redire.

Ad primum ergo dicendum, quod sancti Patres operando opera iustitie, meruerunt introitum regni celestis per fidem passionis Christi (secundum illud Heb. 11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam) per quam etiam unusquisque à peccato purgatur, quantum pertinet ad emundationem propriæ persone. Non tamen alicuius fides vel iustitia sufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humane creature, quod quidem remotum est pretio sanguinis Christi. Et ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum celeste, adipiscendo scilicet beatitudinem æternā, quæ consistit in plena Dei fruitione.

Ad se-

Ad secundum dicendum, quod Helias subleuatus est in celum æreum: non autem in celum empyreum qui est locus Sanctorum. Et similiter etiam Enoch raptus est ad paradysum terrestrem: ubi cum Helia simul creditur viuere vsque ad aduentum.

Ad tertium dicendum, quod (sicut supra dictum est) Christo baptizato aperti sunt celi, non propter ipsum Christum, cui semper patuit: sed ad significandum, quod celum aperitur baptizatis baptismi Christi, qui habet efficaciam ex passione ipsius.

Ad quartum dicendum, quod Christus sua passione meruit nobis introitum regni celestis, & impedimentum remouit. Sed per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni celestis introduxit. Et ideo dicitur, quod ascendit pandens ier ante eos.

COMMENTARIVS.

In titulo huius articuli obseruandum est non esse omnino idē meriti nobis regnū cœlorum seu æternā beatitudinem, & aperiri nobis ianuam regni. Nam licet in hoc illud contineatur: non tamen conuertitur, Christus enim Angelis meruit regnum cœlorum: non tamen proprie eis aperuit ianuam regni, quā nūquam eis clausa fuit. Hominiibus autem per peccatum fuit clausa, per quod contraxerunt reatū æternæ damnationis, & carentiæ beatitudinis pro quo Christus condigne satis faciendo, ianuam regni nobis aperuit. Et ita in hac metaphora duplex ille effectus habetur explicatus meriti & satis factionis Christi pro nobis, continetur. Quia in re ferē non explicat effectum distinctum à præcedentibus. Solum in circumstantia temporis (vt ita dicam) nouum aliquid hoc loco addi potest.

Ianuam cœli per passionē Christi quomodo hominibus aperitur.

At quod intelligendum obseruandum est, dupliciter potuisse Christum aperire hominibus per suam passionem ianuam regni. Vno modo per passionem vel exhibitam, vel præuiſam. Nam sicut Deus propter satisfactionem Christi, & merita præuiſa contulit gratiam antiquis iustis, eisq; æternam penam remisit; ita etiam potuisset illis æternam beatitudinem conferre. Vnde sicut vere nunc dicuntur per passionem Christi iustificari; ita etiam vere dicerentur per eandem passionem ad regnum introduci; & cōsequēter diceretur ianuam regni per ipsam passionem eis aperta, quā per peccatum Adā fuerat clausa. Quod ergo passio Christi absolute abstrahendo ab hoc quod sit exhibitā, vel tātum præuiſa, aditum hominibus ad regnum aperuerit, certissimū est ex dictis demeritis, & satisfactione Christi, nec nouam habet questionem. Alio ergo modo intelligi potest, passionem Christi exhibitam statim aperuisse hominibus ianuam regni celestis: non tamen solum præuiſam, & in hoc sensu proprie tractatur, ac definitur hæc quæstio, & in ea, præter omnia quæ diximus de merito, & satisfactione Christi duæ aliæ catholicæ veritates includuntur. Prior est ante mortem Christi nulli hominū paruisse aditū ad æternam Beatitudinem obtinendam. Posterior est, à morte Christi omnes iustos, qui nil habent purgandum; statim introduci ad regnum cœlorū. Sed hæc posterior quæstio propriū locum habet in materia de beatitudine, & ideo, ne ab instituto more recedamus, in eum locum reijcienda est, præsertim cum ad explicanda Christi mysteria, & valorem meritum eius ferē nihil pertineat. Certum est enim ex principiis iam traditis, Christum exhibendo satisfactionem (quantum in se est) sufficientissime aperuisse ianuam regni, & abstulisse omne impedimentum, ad quē adeo, quantum est ex parte Christi, statim dari. An vero aliunde, vel ob alias causas differatur, alterius speculationis est, quamquam de fide sit non differri. Prior verō

quæstio poterat hoc loco disputari: tamen quia inferius occurrer commodior locus, cum agemus de statu & loco animæ Christi separatæ à corpore, ideo vsque in illum locum differenda est.

ARTICVLVS VI.

Virum Christum per suam passionem meruerit exaltari.



De sextum sic proceditur. Videtur, quod Christus per suam passionem non meruerit exaltari. Sic enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas: secundum illud Psalm. 112. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius. Sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem omnīs veritatis, non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa vnione D. i. & hominis: secundum illud Ioann. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vngentis à patre, plenum gratiæ, & veritatis. Ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola vnione.

275.
1. distinct. 18.
artic. 4. q. 3.

2. Præterea, Christus meruit sibi à primo instanti sue conceptionis, vt supra habitum est, non autem maior charitas fuit in eo tempore passionis, quam ante. Cum ergo claritas sit merendi principium, videtur, quod non magis meruerit per passionem suam exaltationem, quam ante.

3. Præterea. Gloria corporis resultat ex gloria animæ, vt Aug. dicit in Epistola ad Dioscorum. Sed Christus per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animæ quia anima eius fuit beata à primo instanti sue conceptionis. Ergo neq; etiam per passionem meruit exaltationem, quantum ad gloriam corporis.

Epi. 56. ante med. tom. 2.

Sed contra est, quod dicitur Philipp. 2. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum.

Respondendo dicendum, quod meritum importat quandam aequalitatem iustitiæ, vnde & Apostolus dicit Rom. 4. quod ei qui operatur merces imputatur secundum debitum. Cum autem aliquis ex sua iniusta voluntate sibi attribuit plus, quam sibi debeat, iustum est, vt diminuat etiam quantum ad id, quod sibi debebatur: sicut cum furatur quis vnā ouem, reddet quatuor, vt dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, in quantum per hoc punitur eius iniusta voluntas. Ita etiam cum aliquis sibi ex iusta, voluntate subtrahit quod debebat habere meretur, vt sibi amplius superaddatur, quasi merces iusta voluntatis. Et inde est, quod sicut dicitur Luc. 14. Qui se humiliat, exaltabitur. Christus autem in sua passione seipsum humiliavit infra suam dignitatem, quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad passionem, & mortem, cuius debitor non erat. Secundo, quantum ad locum, quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Terrio, quantum ad confusionem, & opprobria, quæ sustinuit. Quarto, quantum ad hoc, quod est traditus humana potestati, secundum quod ipse dicit Pilato Ioann. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset de super. Et ideo per suam passionem meruit exaltationem quantum ad quatuor. Primo quidem, quantum ad resurrectionem gloriosam: vnde dicitur in Psalm. 138. Tu cognouisti sessionem meam, id est, humilitatem meam passionis, & resurrectionem meam. Secundo, quantum ad ascensionem in cœlum: vnde dicitur Ephes. 4. Descendit primum in inferiores partes terræ: qui autem descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Tertio, quantum ad consessum paternæ dexteræ & manifestationem diuinitatis ipsius: secundum illud Isai. 53. Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super eum multi: sic inglorius eris inter viros affectus eius.

Et

Et

Et Philip. 2. dicitur. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen: ut scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo. Et hoc est quod subditur, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Quarto, quantum ad iudiciariam potestatem: dicitur enim Iob. 36. Causa tua quasi impij indicata est: causam, iudiciumque, recipies.

Ad primum ergo dicendum, quod principium merendi, est ex parte anime, corpus autem est instrumentum meritorij actus. Et ideo perfectio anime Christi, que fuit merendi principium non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipse meriti instrumentum.

Ad secundum dicendum, quod per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius anime cuius voluntas charitate, & alijs virtutibus informabatur. Sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis, etiam ex parte corporis: insum est enim, ut corpus quod fuerat ex charitate passioni subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

Ad tertium dicendum, quod dispensatione quadam factum est in Christo, ut gloria anime ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc quod gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam autem anime differri non conueniebat, quia anima immediate vniebatur Verbo, unde decens erat, ut gloria repletur ab ipso Verbo: sed corpus vniebatur Verbo, mediante anima.

De hoc articulo egimus in priori tomo, disp. 40. sect. 3.

Hoc loco Bartholomæus Medina, prolixam instituit disputationem de medijs, quibus Christi merita hominibus applicantur, & cur quibusdam, non vero omnibus fructus infinitus meritorij Christi communicetur. Sed disputatio hæc neque huius loci est, neque vnam tantum Theologiæ materiam, sed plures easque grauissimas complectitur, de gratia, & iustificatione, de fide, & operibus, de Sacramentis de prædestinatione, ac reprobatione hominum, quod omnia pro dignitate hoc loco tractare, satis per se constat, nec fieri posse, nec expedire: in summam vero ea redigere, & superuacaneum, & inutile. Quod vero ad præsentem rem spectat paucis verbis attigimus in priori tomo, disp. 4. sect. 3. in fine.

QVÆSTIO L.

De morte Christi, in sex articulos diuisa.



Einde considerandum est de morte Christi. Et circa hoc queruntur sex.

Primo, virum conueniens fuerit Christum mori.

Secundo, virum per mortem fuerit separata diuinitas à carne.

Tertio, virum fuerit separata diuinitas ab anima.

Quarto, virum Christus in triduo mortis fuerit homo.

Quinto, virum corpus eius fuerit idem numero viuum, & mortuum.

Sexto, virum mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem.

ARTICVLVS I.

Virum conueniens fuerit Christum mori.

278.
Infr. que 51.
Art. I. Cor. 4



Ad primum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens Christum mori. Illud enim quod est primum principium in aliquo genere, non

A dispositus per illud quod est contrarium illi generi: sicut ignis con c 55 adi. qui est principium caloris, nunquam potest esse frigidus. Sed & quod 2. a: filius Dei est fons & principium omnis vite, secundum illud c. 7. & opuse. Psalm. 35. Apud de est fons vite. Ergo videtur, quod non fuerit conueniens Christum mori.

2. Præterea Maior est defectus mortis, quam morbi: quia per morbum peruenitur ad mortem. Sed non fuit conueniens Christum aliquo morbo languescere: ut Chrysost. dicit. Ergo etiam non fuit conueniens Christum mori.

3. Præterea, Dominus dicit, Ioan. 10. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Sed oppositum non perducit ad oppositum. Ergo videtur, quod non fuerit conueniens Christum mori.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 11. Expedi vobis, ut vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quod quidem Caiphas propheticè dixit, ut Euangelista testatur.

Respondetur dicendum, quod conueniens fuit Christum mori: Primo quidem ad satisfaciendum pro humano genere, quod erat morti adiudicatum propter peccatum: secundum illud Gen. 2. Quacunque die comederitis, morte moriemini. Est autem conueniens satisfaciendi pro alio modus, cum aliquis se subijcit pœnis, quam alius meruit. Et ideo Christus mori voluit, ut moriendo, pro nobis satisfaceret, secundum illud 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Secundum ad ostendendum veritatem naturæ assumptæ: sicut enim Eusebius dicit. Si aliter post conuersationem cum hominibus, euascentis subito euolaret fugiens mortem, ab omnibus compararetur phantasmati. Tertio, ut moriendo nos à timore mortis liberaret: unde dicitur ad Hebr. 2. quod communicabit carni, & sanguini, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus, & liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Quarto, ut corporaliter moriendo similitudinem peccati, id est, pœnalitatis, daret nobis exemplum moriendi spiritualiter peccato, unde dicitur Rom. 6. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuus, viuus Deo: ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo. Quinto, ut à mortuis resurgendo, & virtutem suam ostenderet, quia mortem superauit, & nobis spem resurgendi à mortuis daret. Vnde Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. Si Christus pradicatur, quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam in vobis dicunt, quod resurrectio mortuorum non est.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus est fons vite a secundum quod Deus, non autem secundum quod homo: mortuus est autem secundum quod homo: non secundum quod Deus. Vnde de August. dicit contra Feliciam. Absit, quod Christus sic senserit mortem, ut quantum in se est vitam, vitam perdidit: si enim hoc ita esset, vite fons aruisset. Sensit ergo mortem participatione humani affectus, quem sponte susceperat: non natura sua perdidit potentiam, per quam cuncta viuificat.

Ad secundum dicendum, quod Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem, ne videretur ex necessitate mori propter infirmitatem naturæ. Sed sustinuit mortem ab exteriori illatam, cui se spontaneum obtulit, ut mors eius volens ariam ostenderetur.

Ad tertium dicendum, quod vnum oppositum per se non ducit ad aliud: sed quandoque per accidens: sicut frigidum, quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Christus per suam mortem nos perduxit ad vitam, dum sua morte, mortem nostram destruxit: sicut ille, qui pœnam pro alio sustinet, remouet pœnam eius.

COMMENTARIVS.

Hic articulus nulla indiget expositione. Nam congruentia, quas D. Thom. assert, sunt perspicue, & de illis, atque alijs videri possunt sententiæ Patrum quas supra retulimus agentes de passione, & crucifixione. Nam eadem est horum omnium ratio